

D. GEORGII OBRECHTI, *Auctor iisdem i
opere & ex
gat permittit*
IVRE CONSVL-
TI CLARISSIMI, AC
REIPVB. ARGENTINENSIS AD-
uocati, & Academiæ Antecessoris
celeberrimi,

Disputationes:

*EX VARIIS IVRIS CIVILIS, DIGEST. COD. NOV.
Constit. Iustin. & Feudorum materijs, ut difficilimis, ita in foro fre-
quentissimis, seruato in his librorum ac titulorum ordine,
methodicis conscripta, & Argentinensi in Academia
publici exercitij gratia proposita.*

IN VNVM NVNC CORPVS COLLECTÆ, ET
in gratiam studiosorum Iuris denuo excusæ.

Elenchum harum disputationum sequens exhibebit pagina.



10-
16949



*Hac expurgatio conforme
alex purgat de 1640.*

*VRSELLIS
Ex officina Typographica Cornelij Sutorij.*

Anno M. D C III.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO RIGVM.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

DVO potissimum sunt, Lector candide, quibus qui amplissimum studii iuridici Oceanū ingrediuntur, eiusdemq; cum honores, tum præmia expetunt præ aliis excellere debent, Thcoria ac Praxis: Harū vna in speculatione, altera in exercitatione sita est: Vt n. illius usus à regularum & legum in numero numero dependet, regulaq; regulæ, lex legi obiicitur, sic huius beneficio inspecta casiuū diuersitate, quod videbatur contrarium, planum esse elucet. Ethoc est, quod Imp. Iustinianus in præfatione Digestorum, Nullum ait in iure contrariū inuenitur, si quis subtili animo diuersitatis rationes excutiat. Præterea vt huius usus in iudiciis, strepituque forensi, variis ac dissimilibus rerum actionibus, & quotidie fere nouis emergētibus casibus, occurrit, ita sine illius beneficio nullum ius dici, nulla actio dirimi, de eaque sententia certa recitari nec debet nec etiam potest.

Grauis quidem grauium in iure authorū est autho-
ritas, DDq; opiniones & decisiones in magno sunt nu-
mero locoque: at vero eas Iudex ita non admiretur, ve-
neretur, suspiciat: vt rationis lance, conscientia, & accu-
ratiore consideratione legum (quas in pectoris sui scri-
nio, vt Imperator de se hoc affirmat, gestare debet) ad la-
tus late sepositis statuere aut pronunciare velit.

Eo nomine egregium illud Arii Pineli ad L. 2. C. de-

GEORGII OBR ECHT I IC.

- 3 Hæc disciplina à primis iuris notitiis cœpit, & doctrinæ præceptis exulta est, atq; perfecta.
- 4 Continer autem præcepta boni & æqui, quæ ab ipso homo & a quo differunt.
- 5 Huius artis finis est Iustitia, quam recte Vlpianus constantem & perpetuam voluntatem esse ait, ius suum vnicuique tribuentem.

Ex Titulo secundo.

- 6 In iure civitatis Romanæ omnia manu regia gubernata sunt l. 1. §. 1. D. de orig. Iur. Sed non sic circa dicendum, potuisse alteri violenter manu regia, sine villa ciuili disce-
ptione, & absq; figura iudicii, res suas auferri, contra Bartholom.
- 7 Exactis deinde regibus, leges ab ipsis latæ, magna ex parte exoleuerunt, iterumq;
et cœpit populus Romanus incerto magis iure & consuetudine vivi, quam scriptis legibus:
idq; fere per annos sexaginta d. l. 2. §. ex adiis D. dicto tit. contra I.C. Pomponium.
- 8 Post hæc ne populus Romanus diutius incerto iure vixeretur, tres publica auctorita-
te constituti sunt, non decem, qui leges & instituta Græcorum cognoscerent: quibus
reuersis creati sunt decem viri, qui decem legum tabulas pro rostris proposuerunt, con-
tra Pompon. in d. l. 2. §. postea.
- 9 Sequenti anno alii decem viri, non priores, animaduerterunt aliquid deesse primis
legibus. Ideoq; duas adhuc tabulas adiecerunt, contra Pompon. in d. l. 2. §. postea.

Ex Titulo tertio.

- 10 Legis virtus hæc est: imperare, vetare, permittere, punire, ait Modestin. in l. legib.
Virtus 7. D. de legib.
- 11 Imo etiæ legis virtus est, præmiū proponere: idq; à Modestino male omissum videtur.
- 12 Recte ex l. minime 23. D. de legib. colligitur: Non esse recēdendum à communī
interpretum opinione.
- 13 At pessime hoc de omni communi opinione verum esse affirmatur: quia ubi Inter-
pretum errat, astendi potest, ab ea communi opinione merito recedimus.
- 14 Quæ enim, ait Muretus, stultitia esset, nolle veritati cedere: sed, ea repudiata,
communem & inueteratum errorem sequi.
- 15 Itaq; hoc casu Iudex, à communi opinione recedens, litem suam minime facit.

Ex Titulo quarto.

Principi placuit, legis habet vigorem, ait Vlpianus lib. 1. in princ. D. de comp.

- 16 Imo quod Principi placuit, non habet legis vigorem.
- 17 Quid enim, si Principi ea placuerunt, quæ sunt contra honestum & iustum? certe
nullo modo legis vigorem habere dicimus.
- 18 Princeps enim non est honesti iustique regula: sed est honesti iustique minister.
- 19 Itaq; reuimus adulatoriā illorum traditionem, qui simpliciter Principem le-
gibus solutum affirmant.
- 20 Item & illorum, qui Principi duplē potestatem asserunt, plenissimam scilicet
vel absolutam, & ordinariam.
- 21 Imo existimamus eos iniuria principem afficere, qui talia ei tribuant.

Ex Titulo quinto.

Principi placuit, cum qui viuente patre & ignorantे de coniunctione filiis
cooperari, licet post mortem aui natus sic, iustum filium ei, ex quo conceputus est,

ROMANUS LIB. II. D. de statu homin.

391. Et propterea repudianda est opinio glossae in L. inter quos 32. §. Domini. in Gerb. percipienda D. de dom. infest. quia hoc casu adhuc pensionem debetiputat.

393. As posteriori casu, si superficies perijt, nulla amplius debetut pensio: quia nihil superest ex quo solui aliquid possit.

394. Septimo hæc sententia non obtinet, si Dominus prædiij Emphyteutici intra triennium Canonem oblatum non accepit: quia eo ipso Emphyteuta Canonem lucret, nec Dominus eum è prædio ejercere potest, vt Eustach. in l. 23. C. de Episc. audier. cautum fuisse restatur, que tamen non exstat.

395. Hæc tamen simpliciter etiam non est: sed cum demum, si Emphyteuta pecunias quam Dominus accipere noluit, consigner. & configurata deponat. Vt enim commissio pena edicetur, omnino pecuniz debita oblatio, consignatio, & depositio necessaria est, vt aperte in l. 2. C. de iur. Emphyt. constituitur, & ibi Ias. Montan. & Goraf. sententia.

396. Et propterea contraria communis Doctorum opinio est rei cienda, existimantium, solum oblationem à pena commissi excusat: at con signationem, & depositio nerg, ad plenariam libertatem pertinere, vt so licet Emphyteuta nec ejici, nec de solutione pensionis præteriti temporis compelli possit, secundum Clar. in commun. sent. Emphyteofii q. 7. n. 10. quia in d. l. 2. expresse aliud reperitur constitu uo.

397. Octauo & ultimo hæc sententia locum non habet, si Ecclesiæ Emphyteuta post mortem celeri satisfactione moram purgavit: quia cum pena commissi cessat, c. p. 2. tunc. Monotans D.D. Extr. locati, affirmat Ias. in d. l. 2. n. 84. C. de iur. Emph. Hæc de modis qui in omissendo consistunt.

398. In committendo modi qui versantur sunt duo: Primus est, si Ecclesiæ officie negat rem esse Emphyteuticam, tradit Specul. in tit. de loca. §. nunc aliquando q. 6. n. 82. quia cum negando in re ipsa peccet, merito quoque priuatione rei punitur, arg. l. confensu. §. 8. q. 6. C. de iur. Emph.

399. Alter modus, si Emphyteuta irquisito Domino re vestigalem alienauit, l. 3. C. de iur. Emph. Tum enim iure suo cadit, d. l. 3.

400. Et quidem si totum prædium alienauit, toto iure excidit: si partem prædicti arctantum alienata: Roll. à Valle consil. 17. Et consil. 51. n. 2. En. 21. Vol. 2. vbi hanc sententiam communem dicit: de quo modo plura supra egimus: Hæc de modis qui extra rem Emphyteuticam considerantur.

401. Exte Emphyteutica unus sumitur modus: si nimicum rei Emphytentice mutatur forma: quia mutata rei forma, res perijss intelligunt, l. repetit. §. §. vlt. D. Quibus modis vñusfru. vel fusu amitt.

402. Debet enim pristina rei forma, vt tempore contractus Emphyteutici fuit, manere: si non in totum: tamen ex maiori parte: vt semper volente Domino ad pristinam formam redire possit, no. Montan. in d. l. 2. §. ita q. interdum C. de iur. Emph.

403. Et propterea si Emphyteuta sylvam aliquam in Emphyteusin accepit, non poterit in iusto Domino arbores radicitos excindere, vel eam in vineam aut agros mutare: quia et si rem Emphyteuticam meliorem facere possit: non tamen eam mutare plane potest, no. Ias. in l. 1. n. 99. C. de iur. Emph.

404. Et hæc sententia omni dubio caret, si conuentum sit, vt quotannis aliquot ligiorum plaustra ab Emphyteuta soluantur: quia cum inter Dominum, & Emphyten-

tana

